ei prouocant quamuis propinqua fo
ssa opera non erumpat. Intus quip
pe est qui iudicat intus quod iudica
tur. Cum enim in corde delinqui
mus latet homines quod apud nos
agimus, sed tamen ipso iudice teste
peccamus. Haec proferentes non
potestatem regiminis reprehendimus
sed ab appetitu illius cordis infirmi
tatem munimus; ne imperfecti quique
culmen arripere regiminis audeant.
Et qui in planis stantes titubant
in praecipiti pedem non ponant. Cecus
pastor est qui supernae lumen contem
plationis ignorat. qui praesentis uitae
tenebris pressus dum uenturam lucem
nequaquam diligendo conspicit quo gres
sum operis porrigat nescit.
Claudus uero est rector qui quidem
quo pergere debeat aspicit. sed per infir
mitatem mentis uitae uiam perfecte
non ualet tenere quam uidet, quia ad
uirtutis statum dum fluxa consuetudo
non erigitur quo ex desiderio innita
tur illuc gressus effi caciter non se
cuntur. Paruo autem naso est quia
tenendam mensuram discretionis ido
neus non est. Naso quippe odores fetoresque

discernimus. Recte ergo per nasum
discretio exprimitur per quam uirtu
tes eligimus delicta reprobamus.
Sunt nonnulli qui dum aestimari nolunt
se pere in quaedam inquisitionibus
plus quam necesse est exercentes ex ni
mia subtilitate falluntur. Unde et rec
te dicitur: uel grandi et torto naso.
Nasus enim grandis et tortus est
discretionis subtilitas inmoderata
quae dum plus quam necesse [decet] excre
uerit actionis suae rectitudinem
ipsa confundit. Fracto pede uel
manu est qui uiam dei perge re
omnimodo non ualet. Atque
a bonis actibus funditus exsors uacat.
quatenus haec non ut claudus saltem
cum infirmitate teneat sed ab his
omnimodo alienus existat.
Gybbus uero est quem terrenae solli
citudinis pondus deprimit ne umquam
ad superna respiciat sed solis quae in
fimis calcantur intendat. Qui et si
aliquando aliquid ex bono patriae
caelestis audierit ad hoc nimirum
peruersae consuetudinis pondere prae
grauatus cordis faciem non adtollit.
quia cogitationis statum erigere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc433/0168